



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente
XI. editas

Luxemburgi, 1739

XXXI. De suffragio consanguineorum, & affinum pro Congregat. Eremit. S.
Aug.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](#)

Confirmatio
Constitutio
nis motu
proprio fa
cta.

Sanatio de
fectuum.

Novum
mandatum de
uniformitate
inter prædi
ctos Canoni
cos.

Clausulæ.

Constitutionum, & Urbasi Prædecessoris, alia
rumque literarum Apostolicarum prædictarum
tenores, & Datas etiam veriores, aliquæ qua
libet etiam specificam, & individuam mentio
nem, & expreſſionem requirentia praesentibus
pro plene, & sufficienter expressis, infertis, &
specificatis habentes, de Venerabilium fratum
noſtrorum dicta S. R. E. Cardinalium negotiis, &
Consultationibus Episcoporum, & Regularium
præpositorum confilio, ac moto proprio, & ex
certa scientia, & matura deliberatione nostris,
de quæ Apostolica potestatis plenitudine, pra
esertis Innocentii Prædecessoris literas, ac omnia,
& singula in eis contenta, tenore praesentium ap
probamus, & confirmamus, ac easdem literas
valere, suoſque plenarios, & integros effectus
fortiri, & obtinere debere decernimus, & declara
mus in omnibus, & per omnia periode ac si il
la a persona legitimam, & sufficientem ad hoc
facultatem, & auctoritatem habente, impetrata
fuissent, ac Constitutionis, & Urbani Præ
decessoris, aliisque literis Apostolicis prædictis,
caterisque in contrarium facientibus quibuscum
que specificæ, & expreſſæ, totoque literarum hu
jusmodi tenore inserto in praesertis Innocentii
Prædecessoris literis derogatum exitisset; ac
proinde a dictis Canonici Regularibus Congre
gationis Hispanie predictam uniformitatem cum
universo Ordine Præmonstratensi prædicto tam in
habitu, quam in Breviario, ceterisque ſuſcipi,
& servari debere, harum ſerie ſtatuiimus pariter,
& ordinamus.

ſ. 2. Decernentes ſimiliter eadēm praesentes
literas, & in eis contenta quacumque etiam ex
eo, quod in præmisis, seu eorum aliquo inter
effe quovis modo habentes, seu habere præten
dentes cujuscumque status, gradus, Ordinis,
præminentia, & dignitatis exiftant, illis non
confenserint, nec ad ea citati, vocati, & auditii,
nec cauſæ propter quas eadem praesentes eman
arint, adductæ, specificatæ, & justificatæ fue
rint, aut ex alia qualibet quantumvis iusta, le
gitima, & privilegiata cauſa, colore, prætextu
& capite etiam in corpore Juris clauſo, etiam
enormis, enorimissime, & totalis laſionis nullo
unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis,
aut nullitatis vito, seu intentionis noſtrae, aut
interesse habentium conſensuſ, aliove quolibet
etiam formali, & ſubſtantiali, ac incogitato, &
inexcogitabili, individuamque mentionem re
quirente defecūt, notari, invalidi, infringi,
retractari, seu in controverſiam revocari, aut
ad viam, seu ad terminos Juris reduci, ſive ad
versus illas aperitionis oris, reſtitutionis in inte
grum, aliudve quodcumque Juris, facti, vel gra
tiae remedium intentari, vel impetrari, seu im
petrato, aut etiam motu, scientia, & potestatis
plenitudine paribus conſesso, vel emanato,
quempiam in Judicio, vel extra illud uti, seu fe
juvare poſſe, ſed eadēm praesentes literas ſem
per firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore,
suoſque plenarios, & integros effectus fortiri, &
obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tem
pore quodcumque ſpectabit inviolabiliter, &
inconcuſe obſervari; ſicque, & non aliter in
præmisis per quoscumque Judices Ordinarios,
& Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Aposto
lici Auditores, ac S. R. E. prædictæ Cardinales,
etiam de latere Legatos, & Apostolicae Sedis
Nuncios, alioſve quolibet quacumque præmi
entia, & potestate fungentes, & functuros,
ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter ju
dicandi, & interpretandi facultate, & auctor
itate, judicari, & definiri debere; ac irritum,
& inane ſi fecus ſuper hiſ a quoquam quavis au
toritate ſcienter, vel ignoranter contigerit at
tentari.

ſ. 3. Non obſtantibus Urbani Prædecessoris,
& aliis literis præfatis, ceterisque præmissis, ac

quatenus opus fit noſtra, & Cancellaria Apo
ſtolicæ Regula de jure quæſito non tollendo,
aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apo
ſtolicis, nec non Congregationis Hispanæ, &
Ordinis prædictorum aliilve quibusvis, etiam
Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel qua
vis firmitate alia roboratis, Statutis, & Conſue
tudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis
quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis, ſub qui
buscumque verborum tenoribus, & formis, ac
cum quibusvis etiam derogatoriā deroga
tioriis, aliisque efficacioribus, efficacissimiſ,
& inſolitis clauſulis, & Decretis in genere, vel in
ſpecie, etiam motu, scientia, & potestatis ple
nitudine ſimilibus, ſeu alias quomodo libet in
contrarium præmissorum quomodo libet conces
ſis, conſirmatis, & innovatis. Quibus omnibus,
& singulis, etiam pro illorum ſufficienti
derogatione de illis, illorumque totis tenoribus
specialis, specifica, expreſſa, & individua, ac
de verbo ad verbum non autem per clauſulas
generales idem importantes, mentio, ſeu quæ
vis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exqui
ſita forma ad hoc fervanda fore, tenores hujus
modi præſentibus pro plene, & ſufficienter ex
preſſis, ac de verbo ad verbum infertis habentes,
illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmisso
rum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, &
expreſſe derogamus, ceterisque contrariai qui
buscumque.

ſ. 4. Volumus autem, ut earumdem praesent
ium literarum transumptis, ſeu exemplis, etiam
impreſſis manu alieni Notarii publici ſubſcrip
tis, & ſigillo perfonæ in Ecclesiastica dignitate
conſtituta muniris, eadem proſlus fides ubique
locorum tam in Judicio, quam extra illud ha
beatur, quæ ipiſis præſentibus haberetur ſi fo
rent exhibita, vel oſteſa.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub
Annulo Piscator, die VI. Novemb. MDCCII. Pon
tificatus noſtri Anno Secundo.

Declaratur, Congregationem Eremitarum Diſ
calceat. Ord. S. Auguſtini comprehendi ſub
prohibitione, ne duo consanguinei, vel affi
nes in 1. vel 2. gradu in Capitulis ſuffragen
tur.

Hac prohibitiō confirmata fuit a Clem. VIII. Conſt.
ed. 1596. Febr. 28. P. 4. Et deinde extensa ad
Diſcalceatō Congr. Hispanæ, & Indianarum ab
Inoc. XI. Conſt. ed. 1680. Sep. 14. At Inn.
XIII. Conſt. ed. 1723. Sep. 20. P. 3. moderatur
præſentem Conſtitutionem.

CLEMENS PAPA XI.

XXXI.

Dat. 24 Nov.
1702. An. 3.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Cle
mens a Sancto Bernardino Prior Conventus
Iſu, & Maria de Urbe Congregationis Frat
Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Diſcalceato
rum nuncupatorum quod dudum nempe die
16. Februarii 1596. quoddam Decretum a
quon. Andrea Fivizano, dum vixit Priore Ge
nerali dicti Ordinis inter alia emanavit, & ſub
inde die 28. ejusdem Mensis a fel. record. Cle
mente PP. VIII. Prædeceſſore noſtro per qua
dam ejus in ſimili forma Brevi literas quarum
initium, Univerſalis Eccleſia &c. conſirmatum
fuit, quo prohibetur expreſſe, ne duo Fratres
Ordinis prædicti in primo, vel ſecundo gradu
Confanguinei, vel affines in ejusdem Capitulis,
aut Congregationibus Capitularibus ullatenus
ſimil conueniant, & votare poſſint, & alias
prout in Decreto, & Clementis Prædeceſſoris

Data prohib
itione statuta
fuit a Priore
Gen. Ordin. an.
1596. Feb. 16.
& conſirma
ta a Clem.
VIII. die 28.

literis

1702.
Causa pre
senis Decla
rationis.

literis predicitis uberior dicitur contineri. Cum autem, sicut eadem expositi subjungebat, sa-
pius dubitatum fuerit, an dictum Decretum Con-
gregationem predicatam, quae tunc temporis ini-
tium habebat, & postmodum a re memor. Ur-
bano VIII, & Clemente X Romanis Pontifici-
bus Praedecessoribus pariter nostris membrum di-
cti Ordinis declarata fuit, & nunc in Italia, &
Germania propagata reperitur, sub prohibiti-
onis hujusmodi generalitate complectetur, nec
istius dubii resolutio ab hac Sancta Sede ha-
stenus perita fuerit, licet illa, sive pro liberandis ab
anxietate Religiosorum conscientiis, sive pro tol-
lendis abusibus facile irrepentibus necessaria sit:
Eadem vero cause, propter quas prohibitio pre-
dicta in dicto Ordine edita fuit, concurrere vi-
deantur, ut illa ad dictam Congregationem ex-
tendantur, ac proinde idem Clemens exponens
pro suo, quo, ut Apostolica, & predicti Ordinis
Constitutiones, sublati dubiis accurate obser-
ventur, zelo ducitur, ad conscientiarum quietem,
dictaque Congregationis bonum de opportuna
in premissis declaratione a Nobis provideri sum-
mopere desideret.

Preces Pric-
ris Cenobi i-
Jefu, & Ma-
riae de Urbe.

Declaratio-
nem predicitia.

Clausulae.

§. 1. Nos piis ipsis Clementis Exponentis
votis hac in re quantum cum Domino possumus
benigne annuere volentes, eumque a quibusvis
excommunicationis, suspensionis, & interdicti,
aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pa-
nis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel
causa latit, si quibus quomodolibet innovatus
existit, ad effectum praesentium dumtaxat conse-
quendum harum serie absolventes, & absolutum
fore censemtes, supplicationibus ejus nomine No-
bis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Ve-
nerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardina-
lium negotiis, & consultationibus Episcoporum,
& Regularium praepositorum, qui dilectum etiam
filium modernum Procuratorem Generalem dicti
Ordinis super premissis audierunt consilio, su-
predictam Congregationem sub prohibitione pre-
dicta in futurum comprehendit debere, auctoritate
Apostolica tenore praesentium decernimus, &
declaramus; Salva tamen semper in premissis au-
toritate Congregationis eorumdem Cardinalium,

§. 2. Decernentes pariter easdem presentes li-
teras semper firmas, validas, & efficaces existere,
& fore, suosque plenarios, & integros effectus
fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, &
pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus,
& per omnia inviolabilitate observari: Sic-
que in premissis per quoscumque Judices Ordini-
narios, & Delegatos, etiam Caesorum Palatii
Apostolici Auditores, judicari, & definiri debe-
re; ac interitum, & inane si fecis super his a quo-
quam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter
contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, &
Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus
opus sit, Congregationis Fratrum Discalceatorum
hujusmodi, etiam juramento, confirmatione A-
postolica, vel quavis firmitate alia robورatis Sta-
tutis, & Confutudinibus; privilegiis quoque
indulitis, & Literis Apostolicis in contrarium pra-
missorum quomodolibet concessis, confirmatis, &
innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum
tenores praesentibus pro plene, & sufficienter ex-
pressis, ac ad verbum inseritis habentes, illis alias
in suo robre permanuis, ad praemissorum effe-
ctum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse
derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earundem praesen-
tium literarum transumptis, seu exemplis, etiam
impressis manu alicuius Notarii publici subser-
iptis, & sigillo persona in Ecclesiastica Dignita-
te constituta munitis, eadem prorsus fides ubi-
que locorum habeatur, quae ipsis praesentibus
haberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub
Annulo Piscatoris die XXIV. Nov. MDCCII.
Pontificatus nostri anno Tertio.

XXXII.

Confirmatur Constitutio Innoc. XII. de Primatu
pro Provincia S. Didaci Nova Hispanie Min.
de Observ. Discalc. contra Eremitas S. Aug.
Provinciae Nominis Jesu.

Landata Constitutio ed. fuit an. 1700. Apr. 3. P.
9. Et hujus Pontificis Cons. ed. 1705. Dec. 12.
P. 6. agitur de facultate renunciandi huic Pri-
matui.

CLEMENS PAPA XI.

Dat. 24 Nov.
1702. An. 3.

Ad futuram rei memoriam.

A Lias a fe. rec. Innocentio PP. XII. Praedeces-
sore nostro emanarunt ad favorem dilecto-
rum filiorum Fratrum Provinciae S. Didaci nova
Hispania in Indiis Ordinis Minorum Sancti Fran-
cisci de Observantia Discalceatorum nuncupato-
rum litera in simili forma Brevis tenoris, qui se-
quitur, videlicet.

§. 1. Innocentius Papa XII. Ad futuram rei
memoriam Emanavit nuper (Reliqua vide in suo
ordine).

Datum Roma apud S. Mariam Majorem sub
Annulo Piscat. die 3. Aprilis 1700. Pontificatus
nostru anno Nono.

§. 2. Cum autem, sicut dilectus filius Pau-
lus Lopez, Frater expresse professus, ac Diffi-
nitior, & Procurator Generalis Provinciae, &
Ordinis predictorum Nobis nuper exponi fecit,
prae*dicti* Archiepiscopus Mexican., & antiquior
Canonicus Metropolitanus Ecclesia Mexican, quibus
d. Innocentius Praedecessor executionem
prae*insertarum* suarum literarum demandaverat,
easdem literas executioni demandare negle-
xirent, seu renuerint, ac interea Fratres secundo
dicti Ordinis apud Nos recursum habuerint, ut
causam hujusmodi cum dubiorum distinctione
iterum ad eamdem Congregationem Cardina-
lium examinandam remitteremus. Nos vero re-
cursum hujusmodi per quoddam Rescriptum die
15. Octobris proxime prae*teriti* i*usti* nostro e-
manatum rejecerimus, ac Religiosos prae*dictos*
eisdem prae*insertis* literis omnino parere manda-
verimus, ac proinde idem Paulus Diffinitior, &
Procurator Generalis illas Apostolicas confirmationis
nostrae patrocinio communiri, necnon
debitae executioni demandari plurimum deside-
ret. Nos ipsum Paulum Diffinitorem, & Pro-
curatorem Generalem specialibus favoribus, &
gratiis prosequi volentes, & a quibusvis ex-
communicationis, suspensionis, & interdicti,
aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pa-
nis a jure, vel ab homine, quavis occasione,
vel causa latit, si quibus quomodolibet innovatus
existit ad effectum praesentium dumtaxat
consequendum harum serie absolventes, & ab-
solutum fore censemtes, supplicationibus ejus
nomine nobis super hoc humiliter porrectis in-
clinati, prae*insertas* Innocentii Praedecessoris li-
teras auctoritate Apostolica tenore praesentium
confirmamus, & approbamus, illisque inviola-
bilis Apostolicae firmatis robur adjicimus. Ac
earundem prae*insertarum* literarum executionem
dilectis etiam filiis Inquisitoribus contra hereti-
cam pravitatem in Civitate Mexican. auctoritate
prae*fata* deputatis cum facultatibus, & auctorita-
tibus, ac alias modo, & forma in prae*insertis*
literis hujusmodi contentis, & expressis, di-
cta auctoritate harum serie committimus, & de-
mandamus.

Litera In-
noc. PP. XII.
confirman-
tes Decretum e-
ditum a Sa-
crorum Ri-
tuum Congr.
quo decen-
trum Frates
Min. Obser.
Discalceatos
Provinciae S.
Didaci Nova
Hispanie
prae*cedere*
debere FF.
Ord. Eremita-
tarum S. Au-
gustini Pro-
vincia SS.
Nominis Je-
su.

Preces Pro-
curatori
Gen., & cau-
se presentis
Confirmatio-
nis.

Confirma-
tio pred.
Constitutio-
nis Inn. XII.
cum deputa-
tione Execu-
torum.

§. 3. De-